

suo lavoro forse l'avrebbero fatto insuperbire, se i biasimi che vengono subito dopo non l'avessero reso più modesto,

pur essendo così pochi da dargli buona speranza per l'avvenire.

Rispetto al primo appunto, egli preferì il racconto ciceroniano, quantunque non ignorasse la versione diversa recata da Platone, come può attestare Carlo Zeno, col quale ne parlò quasi due anni addietro.

Innanzitutto, la risposta di Themistocle, come la si legge nel testo divulgato di Cicerone,

gli è sembrata quella logica; laddove la versione patrocinata da Coluccio non s'addice né al discorso

initio^(a) epistole libello a me nuper edito tribuis, arrogantius fuerim^(b) existimaturus, nisi subdita^(c) protinus castigatio insolenter de se gloriantem^(d) refrenasset. ex quo evenit ut intelligerem nec facile posse quenpiam, ut queque res parva est, in singulis bene dicere; et licere his, qui errata castigaturi sunt, apud eorum auctores 5 magnificentius quam exigat meritum bene dicta efferre, non fallendi hominis gratia, sed quo equius^(e) ab his correctio suscipiatur. hec cum ita sint, magna tamen est michi spes in posterum nata, quando duo^(f) tantum de libello, qui primus est^(g) a me editus, emendanda iudicasti. tam pauca utinam sint, que de vita corrigi debeant!^(h) nam de orthographia quidem dicam postremo quod⁽ⁱ⁾ sentio.

Quod autem in primis vitio^(k) michi tribuis, scito non per imprudentiam sed certo iudicio esse a me positum. noveram enim extare aliter dictum Themistoclis^(l) apud Platonem quam penes 15 Ciceronem legeretur^(m). cuius rei possum testem fide dignum afferre, illustrem virum⁽ⁿ⁾ Karolum Zeno de Venetiis, apud quem iam prope biennio elapso^(t) hanc dissonantiam aperui, cum ille Politiam Platonis in latinum translata haberet, ego vero id etiam antea in greco deprehendissem. prudens igitur volensque 20 secutus sum quod apud Ciceronem communis^(o) habetur, Themistoclem Atheniensem Seriphio homini, qui in iurgio ei obiecerat quod non virtute sua sed splendore patrie clarus esset, in hanc sententiam respondisse: « neque tu, si Atheniensis esses, nobilis « extitisses, neque ego, si Seriphius essem, ignobilis ». apta sane 25 sive viro sive obiecte^(p) rei responsio. nam si, quod tu vis, Themistocles ita respondisset: « non hercle^(q), si ego Seriphius, nobilis^(r), « nec tu, si^(s) Atheniensis esses, clarus unquam fuisses », non iam ille quod obieciatur^(t) negasset^(u), quandoquidem^(v) desperasset^(x)

(a) *M* in initio (b) *M* fueris (c) *Mur.* subita (d) *Mur.* grantem (e) *Mur.* aptius (f) *Mur.* quoniam duo (g) *M om.* est (h) *C* debeantur (i) *M* quid (k) *Mur.* in primis initio (l) *M* Themistodis come sempre. (m) *C* legetur (n) *M* illustrem civem (o) *M* communis *Mur.*, Novati communiter (p) *M* sive de obiecte (q) *MTMur.* nec hercle (r) *Mur.* ignobilis (s) *M* nec si tu (t) *Mur.* obiciebat (u) *M* negasset (v) *M* quoniam quidem (x) *M* desperaret

(1) Per questa data e per i richiami al testo del *De ingenuis moribus* ved. le note all'epistola precedente.